

Laudabo verbū. i. doctrinā in deo ei at-
tribuendo. **I**dem dicit quod supra dixe-
rat et sermonē. i. quicquid loquar laudabo
in dño. i. ei attribuā. etsi quid vrgēt. spe-
raui in deo: et ideo nō timebo. **U**el ita
In deo patre lau. verbū. i. filiū: quia
quicquid de patre et de filio dicitur fīm sām
et de spūs sancto. **H**oc de potentia verbi
dicitur quia ē eternū et p̄sēale patri. post-
ea de humilitate eius subdit. in dō. i. in
Christo qui verbū caro factū est. lauda-
ser. i. predicationes. quibus regulaz vi-
uendi et salutez mundo dedit. **H**ec duo
predicat iste: scz potentiā verbi et huma-
nitatez Christi. **U**el ita vt trinitas notet
p̄sonaliter per tria verba que ponit. **I**n
deo patre lau. verbū. i. filiū: in dō. i. in
spūs sancto. lau. ser. i. filiū: qz quicquid fīm
sām dicā de vna p̄sona: et de reliquis.
etsi quid vrgēt in deo spāui: mundana
contemno. et ideo nō time. quid fa. mi.
bi hō: qz et si qua que extra sūt eripit: nō
que intus: qz nihil nisi mūdāna eripit.
Idem est finis huius ptis qui et prime.
In me sunt deus uota tua que
reddam laudationes tibi.
In me sūt deus. **T**ercia ps̄ vbi cēlesia iā
de malis seculi libera in futura beatitu-
dine. vel etiā hic laudē dei cantaturā se
dicit. **O. d. nō timebo:** qz vota tua o de-
us sūt in me. **I**ntus sūt que a nobis siq̄
recedūt nō extra quero quid offerā: qz d̄
ara cordis: de cellario p̄scie exit totū qd̄
charitate accendendū est. que vota sunt
laudationes. **U**el vota dico laudatio-
nis. alia lit. que vota reddā tibi in eter-
nitate. vel etiā hic. **I**deo laudabo hic.
Quoniam eripuisti animam
meam de morte et pedes meos
de lapsu: ut placeam corā deo
in lumine uiuentium. **Q**m̄ eri. aī.
me. de mor. qz p̄ me erā mortuus. p̄ te ē
vita. quaz tibi enūcio: et pe. me. de lap.
Alia translatio habet oculos meos a la-
chrymis et pe. me. a lap. **H**oc in spe. **A**d
hoc eripuisti vt pla. co. deo. i. nō coram

alienis scz **Allophylis** qui longe sūt a fā-
ctis qui nō hnt lumen vñ videant. **E**go
dico existens in lu. vi. **I**n lumine ē qui
gratis deū amat qd̄ nemo scit. nec etiam
diabolus. nisi solus deus. **U**el de futu-
ro potest accipi sic. **I**deo laudabo in fu-
turo. quia eripuisti. i. eripies ani. me. de
mor. eterna: et ocu. meos a la. et pe. me.
a lap. vt pla. co. deo in lu. vi. hoc in fu-
turo. vbi nec peccando anima morit̄.
nec oculi flent mala. nec pedes labunt̄:
quod non est hic vbi etiā p̄fecte deo pla-
cet. vñ addit: vt pla. co. deo in lu. viuē.
eternaliter.

PSALMUS LVI.

In finez ne corrumpas uel di-
sperdas **David** in tituli inscri-
ptione cū fugeret a facie **Saul**
in speluncam.

In fine ne corrumpas vel disperdas **Da-**
uid in tituli inscriptione cū fugeret a fa-
cie **Saul** in speluncā. **L**egit̄ in libro **Re-**
gū qd̄ **David** fugiens a facie **Saul** venit
ad tutissima loca **Engadi**: vbi abscondi-
tus in spelunca latuit. **H**anc historiam
tangit titulus: sed hoc ab historia nos
retrahit quod de tituli inscriptione di-
cit. **N**ullus em̄ legit̄ titulus fuisse inscri-
ptus **David** quē **Saul** vellet corrumpere
sed **Christo**: qui de **David** natus ē: insc̄p-
tus ē titulus quē populus iudeoz volu-
it corrūpe. sed qz p̄ spūm sanctū sc̄ptum
erat. ne corrūpas ait **Pylatus**: qd̄ sc̄psi
scripsi. cuius spelunca caro vel sepulch-
rū accipit̄. vbi latuit **Christus** incogni-
tus iudeis. **H**oc ergo propheta p̄ spūm
sanctū futurū p̄uidēs ait. **N**e corrū. et ē
sensus. **P**sal. iste dirigens nos in fi. i. in
Christū hoc agit ne tu **Pylate** vel tu qui
cūqz corrū. vel disp. **David**. i. **Christū** in
titu. inscriptione. i. negando **Christū** esse
regē: quod tituli inscriptō affirmabat ti-
tuli insc̄ptione dico: mutata fīm volūta-
tē iudeoz cū fugeret. i. quia fugit a facie
Saul. i. a p̄gnitione iudeoz in speluncā
carnis: scilicet cum in carne tectus nesci-

ref. Si enim cognouissent nunquam dominum glorie crucifixissent. Vel mutare voluerunt cum fugeret. id est quia fugit a facie Saul. id est a cognitione iudeorum in spelunca. id est in sepulchro tectus. quia enim a cruce vel a sepulchro non eripitur: non putatur dei filius. Et agit iste psalmus breuiter de passione Christi resurrectione. ubi Christus secundum quod homo orat de passione. ita humilis: ut unus de fidelibus clamare putetur. **I**nten. monet ne quis titulo crucis contradicat sed Christum regem esse credat. **M**odus. Triptitus est psalmus. Primo propheta loquens in persona domini: quia dominus in eo loquitur quasi in se mala exclamat et predicit liberationem. Secundo per quid sit liberatus. et de quibus dicit ibi. Misit deus Tercio post resurrectionem laudes promittit ibi. Paratum. Christus ergo secundum quod homo orans ad patrem dicit.

Miserere mei deus miserere mei: quoniam in te confidit anima mea

Miserere mei deus. Hoc Christus patri dicit ex nostro docens nos orare. qui cum patre miserere nostri. et repetit. miserere mei. Repetitio periculum ostendit magni: ideo miserere. quoniam in te posui. anima mea. Hec est causa quare debeat obtinere.

Et in umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Et in umbra. Dic iam vox corporis adiungitur capiti. et loquens in persona membrorum et sua. quomodo possit liberari dicit. Et in umbr. ala. tu. id est in munimine matris pietatis spe. hoc et in membris iungit facit. Sperabo dico donec tran. in. quod in fine penitus in membris complebitur. usque in finem namque seculi nec iniquitas deerit premens nec iusticia patiens. Dico sperabo. et non ero ociosus. immo:

Clamabo ad deum altissimum: deum qui benefecit mihi.

Clamabo ad deum altissimum. id est quia altissimus est. sed si est altissimus quomodo audiet te clamantem: experientia prestat fiduciam. unde sequitur deum dico qui benefecit mihi. quod exptus sum

per hoc: quia et ante benefecit mihi. quod et clamantem audiet. Si enim impios quesivit quod eum non querebant. et per impios mori voluit. clamantes quomodo non audiet? Sequitur. Misit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium calcantes me. Misit de celo. Hoc prius in persona ecclesie sic benefecit. ita bene. quod misit pater verbum de celo. id est de occulta essentia sua et de secreta cognitione angelorum. et per hoc: liberauit. id est liberabit me. Quia iam misit verbum certum est quasi iam sit qui liberauit. id est liberabit. et dedit. id est dabit in opprobrium me. Vel ita in persona capitis. ita benefecit: quia misit mihi de celo auxilium. et per hoc liberauit me suscitando: exaltando et calcans me. scilicet qui mihi mortuo insultauerunt. dedit in opprobrium. dispersos ubique. et maxime dum viderent eius resurrectionem adorari quem putabant se extinxisse.

Dyapsalma.

Misit deus misericordiam suam et ueritatem suam: et eripuit animam meam de medio catulorum leonum dormiui conturbatus.

Dyapsalma. Misit deus misericordiam suam. Secunda pars ubi iam declarat quid misit et de quibus eripuit. et loquitur in persona membrorum. Misit de celo. Quid autem misit? Misit inquam deus per misericordiam suam. id est christum verbum patris. in quo misericorditer egit nobiscum deus. quia Christus nobis compatitur. et ex misericordia per nobis mortuus est. et ideo dicitur misericordia. et ueritatem suam. id est Christum qui retribuit secundum merita et ex ueritate surrexit ad iustificandum nos ut predixerat. in quo etiam promissiones implentur et ideo dicitur ueritas. utraque etiam in eo continentur. nec una sine altera. Si enim sola fuisset misericordia. Inimicus esset nobis peccandi si sola ueritas non potuisset homo sustinere. et eripuit hoc caput dicit. quod misit uerbum. ad hoc utique misit. et. id est quod eripuit. anima mea. Ecce ipse resuscitauit se. Christus enim loquitur et de misso loquitur. ergo ad se. unde eripuit: de me. ca. le. id est. id est populi a principibus seducti. Quid enim passus? Ecce dor. alta quete facile exci-

tandus: sicut dormiens. **D**auso ad litt. nō dormiuit in spelūca. sed **C**hrists dor-
miuit in morte: vñ manifestus est hoc de
Christo accipiendū. **D**ormiui dico: et tur-
batus. **N**ō utiq; me turbato in ratio-
ne. sed illis turbantibus sua opinione.
El turbatus fui **I**n carne: passionis
timore et angustia. vñ. **T**ristis ē aīa mea
vsq; ad mortē. et alibi. **E**cepit **I**esus pau-
re et tēdere. **Q**ui p̄bauerūt: turbauerūt
Filii hominum dentes eorū ar-
ma et sagitte: et lingua eorum
gladius accutus. **F**ilii hominū. i.
iudei qui filii hominū esse deberent. **R**e-
ctus ordo verborū est. **F**ilii ho. laqueus
pauerūt. sed interfecit qualē turbauerit
dicens. dentes eorū: i. rosiones ipsorū fu-
erunt arma: quantū ad p̄silia. et sagitte
quantū ad verba. **N**on ergo se excusent
iudei: qz etsi manus inermes: os arma-
tū est. vñ subdit. et lin. eo. gla. accu. i. dū
clamant. crucifige cruci. **V**oces em̄ ille
scz crucifige et huiusmodi citam fecerūt
mortē vt gladius accutus.

Exaltare sup celos deus: et sup
omnem terram gloria tua.

Exaltare su. ce. dē. **H**erba **C**hristi ad pa-
trē. q. d. illi ita. sed o deus pater exal. su.
ce. i. fac in me quo altus videaris super
angelos. i. fac me resurgere et ascendere
et p hoc i omnē ter. dilatabit gloria tua
.i. omnes habitatores terre te glorifica-
būt. **E**l ex p̄sona prophete loquentis.
ad christū hec accipiunt. **S**upiora dñs
locutus ē: propheta quidē sed in p̄sona
dñi et merito: qz dñs in propheta loqui-
tur. qñ etiā ex sua p̄sona loquit̄ prophe-
ta: dñs per eū loquit̄ qui ei dictat. **P**ro-
pheta ergo p spūm sanctū visis iniurijs
Christi. visorq; q in christi resurrectione
ianes facti sūt iudei: gaudens exclamat.
Christe qui videris tñm hō in cruce pē-
dens. **E**xal. i. vt appareas dē exal. vt qui
pendens in cruce. in maiestate cū p̄re re-
gnare agnoscaris. **N**ō em̄ qñtū ad se sed
qñtū ad hoīes exaltať. **E**xaltare dico su.
ce. ad lit. qñ sedet ad dexteram p̄s: i. vt

iudicet iudeos in fra. et su. ce. i. etiā spū-
ales: qz angelos habz subitus vt sic: et in
om. ter. glo. tua dilateť. i. vbiq; exten-
dat: qd mō p̄pletū est. qz totus mūdus
ei s̄biectus est.

Laqueū parauerunt pedibus
meis: et incuruauerunt animā

meā. **L**aque. pa. **P**ostq; interposuit d
sua exaltatōne ceptā narratōne exequit̄.

Filii ho. pa. la. q. latēnt pe. me. **P**edes
dñi sūt icrepatōnes malorū: et p̄missio-
nes fidelīū: quibus qñ pedibus icedebat
cū malos icrepabat: et bonis premia p̄-
mittebat quibus dolos pauerūt iudei.
vt de adultera quā adduxerūt añ eū vo-
lētes eū qñ necessaria p̄plexione circūue-
nire. vt vel p̄trariū legis teneret: si dice-
ret dimittendā. quā lex precipiebat lapī-
dari. vel deriderent eū qñ mendacē si eā
morti adiudicaret. qui mansuetudinē
predicabat: et incur. a. me. dū eis p̄pati-
ens: sterilis ē ab eis. **E**l incur. a. me. i. i.
voluerūt qñ de celo me ad inferiora de-
p̄mere. **L**aqueū pa. sed n̄ me nesciēte. nā

Foderunt ante faciem meam
foueam: et inciderunt in eam.

Fode. fo. i. sniam mortis iclamātes añ
fa. me. qz sciebat totū qd moliebāt. **H**oc
factū est. dū in os eius dixerūt. reus est
mortis: i. et hoc agēdo nō mibi sed sibi
nocuerūt. vñ sequit̄ et inci. in eā in p̄fos-
sa. i. cauteriata et obscura p̄scia cecati

Dyapsalma.

Paratum cor meum deus pa-
ratum cor meum: cantabo et

psalmum dicam. **D**yapsalma. **P**a.

cor. **T**ercia ps. vbi post resurre. laudes
p̄mittit. q. d. **I**lle pat foueā. sed cor meū
o dē ē pa. ad tolerantia. iō ille icid. ego
cantabo. et repetit ad p̄firmationē: pa. ē
cor me. q. multū. vel pa. ē cor m. ad agē-
das gr̄as et qz gr̄a agūt vbo et ope: repe-
tit pa. c. m. vt altez ad op? altez ad vbu
referat et qlit distiguit cā. et psal. di. i. i.
v̄bis gr̄as agā et opib? que duo p̄dicte
geminatōni reddidit qz ad vtrūq; pa

2. Postea aggratulando carnē alloquitur dicens. O:

Exurge gloria mea exurge psalteriū et cytara: exurgā diluculo

Gloria mea. i. o caro mea que es cā glorie mee exurge potēte quasi ad miraculū faciendū. aggratulatio ē qz certus ē. vñ idē affirmādo repetit. aliud addens. subdit. Exurge psal. 7 cy. Psalteriū a supiori reddit sonū. cythara ab inferiori. Per psalteriū et cytharā vna caro Christi intelligit. et duo factorū genera. Una ergo caro Christi surrexit 7 cū ea duo organa surrexerūt. In carne em̄ christi duo genera sūt factorū scz miracula que p psalteriū et passiones: que p cytharā signantur. et hec surrexerūt. qz vtraqz in gentibus predicanē. Surrexit ergo psalteriū et cythara et cōfiteb dñō. et hoc est. Exur. psal. i. i. caro diuina opans. et exur. cy. i. i. caro humana patiens. Exurge dico: qz certus sū etiā de hora. nā exur. dilu. hora resurrectionis Christi hec est. vel exurge dilu. alia lit. Et sic:

Confitebor tibi in populis dñe 7 psalmū dicā tibi in gentibus
Confitebor tibi. Hoc dicit Christ⁹ in mēbris. i. laudabo te in po. do. et psal. di. tibi. i. celestē actū psalmū tibi in gen. i. in gentes.

Quoniam magnificata est usqz ad celos misericordia tua: et usqz ad nubes ueritas tua.

Qm̄ magnificata ē. Qñdīc hic cā cōfessionis et psalmi. Q. iō cōfitebor et psallā. Qm̄ magni. est mi. tua vsqz ad cel. i. qz humanitas filij. ad lram vsqz ad celos pducta ē: et ve. tua venit vsqz ad nu. i. vsqz ad predicatorēs. Nubes sūt prophete et alij doctores: qui impleti imbre spūs sancti alios cōpluunt doctrinis. vñ Qui sūt ij qui vt nubes volāt: et alibi. Mandabo nubibus meis ne pluant sup eos imbrem. Vel ita vt p celos angeli accipiant p nubes predicatorēs quia celi supra nubes sūt: vbi. i. in quibus celis ē sedes an-

geloz. et iō p celos bñ angeli accipiunt. Nubes sūt inferiores celis. i. homines predicatorēs angelis inferiores qui adhuc in caliginosa carne sūt: qui hñt scie lumē in se sed occultū: de quibus dñs choruscet miraculis: tonat minis pluit doctrinis. Magistergo ptinz veritas ad celos. i. ad angelos et ad nubes misericordia: qz ad angelos misericordia: et ad nubes. i. ad predicatorēs veritas: quia angeli sine caligine vident spēm veritatis. nec ibi opus ē misericordia vbi nō est miseria. sed tñ et hoc congrue dī vt veritas ad nubes: et misericordia ad angelos referat: qz veritas. i. cognitio veritatis que prepollet in angelis descendit etiā ad hoīes. nec ea deus fraudauit nos ad quos ipsa veritas carne opta a pfe genita venit. Rursus angeli vident misericordia nō indigere. sed et si angeli nō egēt misericordia tñ dū hoīes miseri p misericordiā in resurrectione fient angelis pares vsqz ad cel. i. ad angelos miseri. dei ascendit. Agentes ergo grās dicamus cū propheta qui supra idē dixit.

Exaltare super celos deus: 7 super omnem terram gloria tua.
Exaltare sup ce. de. Iterat qd añdictus erat fidē nram cōfirmās 7 sup o. ter. gl. t.

Psalmus LVII

In finem ne corūpas uel disperdas Dauid in tituli inscriptōe.
In finē ne cor. vel disperdas Dauid in tit. inscrip. Commendat hic propheta homini iusticiā monens eū vere loqui iusticiam. Eos quoqz et maxie iudeos redarguēs: qui nō vere iusticiā loquūt. Iudei ei qui ante dixerant. Magister scimus quia verax es: et a deo venisti: mortē eius inclinauerūt. et regnū eius abiurauerunt dicentes. Nō habemus regem nisi cesarē. Qui hic redarguunt. Et est sensus tituli. Psalmus hic dirigens nos in finem hoc agit. ne tu Pilate vel tu iudee disperdas vel corū. Dauid in tit. inscrip. i. ne neges Christū regē quē ti. dicit. Intent. mo.